

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Temptatio ab
cum fonte primo

Antiquus hostis

ex proprio
certamine dum se succumbere
considerat, ad alia temptationum
bella restaurat.

Beatus Iob ad mortem petitus in
temptatione, ad uitam creuit ex uerbere;
et antiquus hostis unde se bona eius
aestimauit exstinguere, inde doluit
multiplicasse. Sed quia in primo
certamine se succubuisse
considerat ad alia se temptationum
bella restaurat
et de sancto uiro mala adhuc impudenter
sperat, quia bona malus credere non
potest, uel experta.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 3, 1
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.115, ll.1-
6).

Intuetur humani generis
uniuscuiusque mores cui uicio sint
propinqui et illa opponit ante faciem ad
que facilius nouit inclinare mentem.

Gregorius libro I. moralium.

Intuetur ergo inimicus generis humani
uniuscuiusque mores cui uitio sint
propinqui; et illa opponit ante faciem ad
quae cognoscit facilius inclinari mentem,
ut blandis ac laetis moribus saepe
luxuriam, nonnunquam uanam gloriam;
asperis uero mentibus iram, superbiam,
uel crudelitatem proponat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 14,
13 (CCSL 143A, M. Adriaen ed.,
pp.706-7, ll.24-29).